



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

30. Decembris. 3. Cal. Januar.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

488 ANNI CISTERCIENS.

us orbis admiratione propagines suas dilatavit, ita per tuam industriam Institutum Cisterciense tam firmas radices posuit, ut Gallia in hodiernum usque diem invidere possit Hispaniæ gloriose florens sub fervido illo horizonte Cistercium. Non aliter calore solis virescunt agri, in quibus per fructuum varietatem sibi invicem anni partes succedunt: quàm in religiosis Ordinibus florem suum conservat fervens amor perfectionis. Hunc tu quotidie in me renova, accende, & auge, ne unquam tepescat.

S. BERNARDUS, s. 5. de Ascens. D.

Carnis  
deliciae  
excludunt  
delicias  
spiritus. *Præoccupatum secularibus curis animum delectatio sancta declinat: nec misceri poterunt vera vanis, aeterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis: ut pariter sapias, quae sursum sunt, & quae super terram.*



30. Decembris. 3. Cal. Januar.

Floruit  
circa  
annum  
1210. *B* RICHARDE Monache Coenobii Aldvertensis in Frisia: qui mellifluum Patriarcham BERNARDUM jam ante Religionis ingressum amulatus, quamplurimos ad contemptum mundi celebri eloquentia tua persuasisti. Quem

sti. Quem numerum ut etiam exemplo augeres, laureatum pileum cucullâ monasticâ permutâsti: ex priori famam eruditionis, ex altera sanctimonix posteris relinquens. *Pia & laudabilis cura est, de conservandâ apud homines vitæ inculpabilis famâ: diligentior tamen adhibenda est sollicitudo, ut conscientia servetur immaculata: illam enim ut invenerit Deus judicabit.*

B. ALBERTE, Monasterii Por-Floruitensis in Bohemia conditor, & strenue anno antistes: qui duplices in erectione Cœ. 1131. nobii tibi molestos obices duplicibus armis amovisti: primos autoritate Romana opprimens; alios virtute orationis non minùs gloriosè quàm feliciter superans. *Si totus cum omnibus suis furys in nos exurgat infernus, non est, quod timeamus, si apprehendimus arma orationis, præsertim tectâ scuto perseverantia.*

S. BERNARDUS, ser. 5. de Ascens.

*Apostoli decem dies in expectatione sederunt, perseverantes unanimiter in oratione. Et tu igitur orare disce, disce querere; petere, pulsare; donec invenias, donec accipias, donec aperiat tibi.*

Perseverandum in oratione.